et fidei digitis manus manus dextre Jhesu vulnus sectum in capite Item vulnus lunidum circa auriculam sinistram que vulnera asserebat sibi fore inflicta per providum Wasko Cerdonie dictum Tharnowski de suburbio Premisl subditum sacre regie ut ipse que vulnera officium vidit et suscepit

5/II.

Bromowski arendat Bebnowski

Actum in castro Premisliensi feria tercia post festum purificationis virginis marie proxima Anno domini 1556 sexto

Comparens personaliter coram officio et actis prudentibus castrensibus Premisliensibus Stanislaus Bronowski de Bieszczedza tanquam tutor legitimus nobilium Casparis Andreae filiorum et Magdalene Apolonie ac Agnetis filiarum naturalium quondam alium Martini Bromowski cum honesta Helena de Jaroslaw procreatorum recedens a terris et districtibus suis quibusvis publice palam et per expressum recognovit quia nomine tutorio bona tenute eorundem filiorum et filiarum vizt Dzylkow Wlazow et Czywkow que bona quondam alium Martinus Bronowski pater predictorum puerorum naturalium a quondam Alberto Bebnowski in summa mille trecentorum florenorum pecunie modo obligatorio habuit in actis terrestribus Przeworsciensibus inscripta eadem bona prefata eidem quondam Alberto Bebnowski vizt Dzylkow Wlazow et Czywkow a festo nativitatis Christi proxime preterito ad aliud festum nativitatis Christi proxime venturum in anno millesimo quingentesimo sexagesimo sexto pro summa centum et triginta florenorum pecunie arendavit et modo arende inscripsit quemadmodum bona prefata Albertus Bebnowski tenebit habebit et possidebit illisque utifruetur vigore prefate arende et nullo alio iure cum omni iure dominio et proprietate omnibusque usufructibus ad predicta bona quovismodo spectantibus et pertinentibus usque ad expirationem prefate arende et hoc ibidem stans personaliter prefatus Albertus Bebnowski etiam recognovit se bona prefata superius expressa nullo alio iure tenere et possidere tantummodo iure arende post cuius expirationem arende prefatus Stanislaus Bronowski tutor prefatorum puerorum potestatem erit inquietare in prefata bona tanquam in sua propria et per hoc nullam violentiam faciet cui inquietationi ipse Albertus Bebnowski contradicere eamque denegare non debet sub vadio in inscriptione originali expresso super quod ut positum est

Janczewski quietat de 125 fl. Tharnowski

Comparens personaliter coram officio et actis prudentibus castrensibus Premisliensibus stans personaliter nobilis Martinus Janczewski publice palam et per expressum recognovit quia est sibi totaliter et plenarie satisfactum de summa centum viginti quinque florenorum pecunie a nobili Nicolao Tharzanowski quam habuit super tribus cuethonibus ac in excrescentia nobilis Joannis Tharzanowski in villa Baliyze actis castrensibus Premisliensibus inscripta ratione cuius satisfactionis inscriptionem castrensem Premisliensem super bonis prefatis in summa prefata servientem

cessat mortificat et in nihilum convertit ac eundem Nicolaum Tharzanowski de prefata summa centum viginti quinque florenorum pecunie quietat et liberam facit sibique et suis posteris pro premissis omnibus perpetuum facit et imponit silentium super quod ut positum est

221.

Intro non est admissa per Lowieczki Ostrowski

Ministerialis terrestris Premisliensis providus lecz de Ostrow unanimi nobilibus Stanislao Dunykowski secum comparens coram officio et actis prudentibus castrensibus Premisliensibus stans personaliter in vim relationis sue recognovit quia hesterna die dum missus erat ex parte nobilis Jacobi Ostrowski ad intromittendum eundem Jacobum Ostrowski post expirationem arende in unum cuethonem et tabernam nobilis Alexy Lowyczki in villa sortis ipsius Lowicze hominum in summa centum et quadraginta florenorum pecunie vigore inscriptionis terrestre Premisliensis per eundem Alexium Lowyczki prefato Jacobo Ostrowski factum ipsa remittere per prefatum Alexium Lowyczki eidem Jacobo Ostrowski non est admissa unde tenere denegata que ita et non aliter fieri ipse ut ipse recognovit et nobiles prefati relatores ipsius ut ipse attestati sunt

8/II.

protestatur Orlikova con Castellz Leopol

Actum in castro Premisliensi feria sexta post festum sancte Dorotheae proxima Anno 1556 sexto

Nobilis Albertus Krasszowski nomine et ex parte quondam Catherine Orlykowa de Comorow coram officio et actis prudentibus castrensibus Premisliensibus stans personaliter manifestabatur ac protestatus est in et contra Magnificum Stanislaum Herborth de Fulstin Castellanum Leopoliensem et Zupparum terrarum Russiae generalem quia ipse aliquotiens requisitus et admonitus erat ab eadem Catherina Orlykowa ut repararet et resarciret instrumenta alias Strozuyce in fluvio San existentes et sitte ne aliquod damnum molendina Premisliensium in eodem fluvio San sitte pateretur sed quia ipse Castellus Leopoliensis non curavit admonitionibus eadem instrumenta alias Strozuyce prout tenetur non reparavit nec resarcire vult nec curat de quo iterum atque iterum prefatus Krasszowski nomine prefate Orlykowa protestatus est

Vulnera popielowa con Korczinski

Nobilis Chyma consors nobilis Nestor Popyl coram officio et actis prudentibus castrensibus Premisliensibus ostendit et manifestavit vulnera duo lunida in manu dextra circa cubitum item duo vulnera lunida in manu dextra circa cubitum item duo vulnera lunida in pede dextro superius genu que vulnera asserebat sibi fore inflicta per nobilem Hawrylo Korczinski que vulnera officium vidit et suscepit

Rlo ulis date introis Bieikowski per Ptaczek ~~Thustanowski~~ con Zeliborski

Actum in castro Premisliensi sabato post festum sancte Dorotheae virginis proximo Anno domini 1556 sexto

9/II.